

www.e-rara.ch

**Cornelii Valerii Ultraiectini In universam benedicendi [sic] rationem
tabula, summam artis rhetoricae complectens**

Valerius, Cornelius

Antverpiae, 1574

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRM 233,2

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-35845>

De memoria.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Parentthesis, seu
Dialysis.

dictum sit, & quid cōsequatur ostendimus. Cic. Quoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine pauca dicam. Virg. Haecenus aruorum cultus, & sidera caeli; Nunc te Bacche canā. Parentthesis, seu dialysis, est ordinis per interiectā aliquā declarādi causa sententiam dissolutio. Ouid. Finem qui quæris amori (Cedit amor rebus) res age, tutus eris. Inserta sententia si eximatur, sermo nihilominus perfectus relinquetur.

Digressio,
Parecbasis.

Digressio, παρεκβασις, est alicuius rei, qua tamē ad vtilitatē causse pertineat, extra ordinem excurrens tractatio, qua cum delectationis tantum causa adhibetur, vt & ornet orationē, & augeat per quandā amplificationē, tum demum inter figuras sententiarū collocari potest. Sed in hac tria sunt vitanda; primum ne lōga sit à proposito digressio; alterū, ne videatur aliena & peregrina; postremū, ne reditus ad rem durus orationē deformet. Plures fortassis orationis exornationes occurrent; sed quas hic collegimus, satis esse ad intelligendas eloquentium scriptorum virtutes arbitramur. Postremo admonendum illud est, ne dum virtutes consecramur, in vitium incidamus affectata schematum copia.

De memoria.

Thesaurus omnium rerū memoria, Cic.

MEMORIA rerum perceptarū fida custos est, quam Fab. Quint. eloquentie thesaurū appellat. Ea duplex est, naturalis & artificiosa: qua sunt ita cōiunctæ, vt naturalis artē conseruatricem requirat, & artificiosa natura poscat opē. De naturali physici docent, de artificiosa rhetores. Memoria naturalis est vis animis insita, qua & facillē res percipiat, & fideliter conzineat. Artificiosa dicitur, qua præceptis confirmatur; cōstatq; locis & imaginibus rāquā chartis & litteris.

Naturalis memoria.

Artificiosa.

Sed

Sed mihi quidem hæc ratio operosior esse videtur quam
 vtilior, quod nõ solum in rebus & verbis ediscendis la-
 boradũ sit, verum etiã in cognoscendis atq; cõseruãdis
 locis & imaginibus rerũ notis. Illud vtilius de memoria
 præcipitur, vt obseruemus, quibus rebus vel lædatur, vel
 inuetur memoria. Morbi quidã cerebrũ inuadentes cer-
 tam memoria mortẽ adferunt. Officiunt quoque frigus
 atq; humor. Siccitas autẽ & calor vtrunq; moderatũ
 prodest. Grauitèr lædunt crapula, immoderatus potus
 atq; pastus, nimius somnus, cibus ad concoquẽdũ diffi-
 cilis, & liquidior ac iurulentus, pinguis, crudus: cepe,
 raphanus, sinapi, caseus, nuges et cet. violenta vina, in-
 flatio, grauis ira, meror, timor, atq; alia perturbatio-
 nes. Iuuatur memoria gubernatione valetudinis, exer-
 citatione moderata, & ordine. Bona corporis cõstituo-
 tio ac temperatio magnũ est natura donũ. Quibus est
 calida & moderata cerebri temperatio, faciliẽ perci-
 piunt, & fideliter cõtinent: quibus frigida, perparũ ca-
 pere possunt: quibus humida, faciliẽ quidem cõprehen-
 dunt, sed nõ diu retinent: cõrra, quibus sicca, egre per-
 ciipiunt, sed bene cõseruant. Obliuiosi sunt senes, timi-
 di, ebrii, agroti, & cet. Plurimũ prodest abstĩnẽtia mo-
 derata, & victus ratio, & remissio quadã studiorũ, ne
 sit cõtinuus labor, ne sint intẽpestiua studia, ne sit ani-
 mus occupatus curis, sollicitudine, merore, timore, ira
 & ceteris, qua modò dixi grauitèr memoriã lædere.
 Vtilis est ante prandium vel cœnam moderata corporis
 exercitatio. Nihil equẽ prodest atq; vsus & diligentia
 legendi, cogitandi, & sapẽ repetẽdi cogitata, lecta, au-
 dita, aliõue modo percepta. Atq; in hac sola exercita-
 tione Fabius omne memoria artificium ponit. Et Cice-
 ro memoriã vult exerceri ediscendis ad verbũ quã
 plurimis

De iuuanda &
 cõseruãda me-
 moria.
 Memoriam quã
 lædant.

Quã memoriã
 iuuent.

Memoria maxi-
 mẽ iuuatur na-
 tura, intelligen-
 tia, cura, exerci-
 tatione, & ordi-
 ne.

Exercitatio me-
 moriã.

Ordo memoriã
plurimũ iuuat.

plurimis & nostris scriptis & alienis. Sed in ediscendo
abhibenda est mentis intentio, nec parcendum labori.
Quantũ verò signatis animo sedibus, & ordine consti-
tuto iuuetur memoria, Simonides declarauit; qui sub-
itò euocatus è triclinio, cùm reuersus ruina oppressos
interea conuiuas, atq; ita obritos, vt internosci non po-
tuerint, offendisset; ex ordine quo quisque accubisset,
omnes agnouit. Ad ordinem diuisio pertinet. plurimũ
enim & illud memoriã prodest, si longior oratio in par-
tes tribuatur, earumq; ordo retineatur.

De Actione.

Actio, seu pro-
nunciatio.
In Oratore.

ACTIO est apta orationis enunciatio, & quasi
corporis quadam eloquentia, vt eam Cicero vocat: qua
sono vocis seu pronunciationis, & corporis motu constat.
Motus autẽ in vultu & gestu moderãdis cernitur. Om-
nia hac præstat natura; sed auget diligentia. Efficiendũ
est, vt sit emendata pronunciatio, vt dilucida, vt orna-
ta, non fracta atq; effeminata, vt apta rebus: qua non
vno & eodem tenore decurrat, sed qua pro rerũ ac per-
sonarum varietate & decore, pro diuerso affectu, pro
tempore & loco vel intendatur, vel remittatur: qua
grandia grauius, mediocria temperatè, summissa leni-
ter, atrocia vehementer atque acriter efferat. Hoc est
quod precipitur, vt vox animo respondeat. de qua re
traditum est ab Horatio in epistola de arte poetica. Ca-
uendus est omnis immoderatus gestus, incondita voci-
feratio, furiosa brachiorum iactatio. Fugienda quoque
inepta quorundam cantillatio, & fracta vocis tremor.
Deniq; vultus, & totus corporis gestus honestus sit, &
modestus atque aptus, & cum oratione congruens.

De imitatione.

CUM in omnibus artib. exemplũ valent plurimũ,

Vocem cõmen-
dant claritas,
firmitas & sua-
uitas.
Vitiola est
peruolatio,
id est, vna quæ-
dam spiritus &
soni intentio.